



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Felix Nolanus. 14. Ianuarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

Ian.
gula
burā
par-
pit.

ndus
ece-
ode-
non
t?

ii.

nes

um

re-

m.

rti

ni-

ne

nis

rn

in

ò

st

a-

ca

t

s

a-

!

tem è cælo comitatum amicissimè salvere jussisset. Secundum mortem nepti suæ multâ luce vestitum, & coronâ conspicuum se ostendit, quæ illa legentibus loquebatur : *Induit me Dominus vestimento salutis, & tanquam sponsam decoravit me coronâ.* Pulchritè certè honorum cupidos alta conseondere GODEFRIDVS docet. Comitem abjecit, ut Rex esset. Ex Surio.

Amor æternae vita & spiritualis studium sapientiae velut in summa cordis tui constitutum arce præcellat ; quatenus dum fragilem hanc vitam cum sua sapientia despicias, repleri divino spiritu, qui ad æternam te provoget gloriam, felici vicissitudine, merearis. B.Pet.Dam.

1.8. Ep. 9.

S. FELIX NOLANUS. 14. Ianuarii.

FELICI Nolano cum fratre germano ita con-
venit, ut ignobilior hereditatis portio, id est
terra fratri, melior verò, hoc est, cælum FELICI
cederet, ut qui Christo militaret, germano Imper-
atoris castra sequente. Ita divisis vitæ studiis FELIX
sacris est initiatus, ob fidem deinde in vincula
conjectus ab impiis, sed exemptus ab Angelo, juf-
sus est emeritum Præfulem Maximum quærere.
Eum in eremo repertum semianimem precibus
primò, dein uvis, quas de spinis legerat, recreatum
domum suam deportavit. Hinc cum denuò hostes
ei imminerent, occæcati divinitus, quem auribus
suis loquentem audierant, apertis oculis non vi-
derunt. Fugientem porò, & intra geminarum
ædium parietinas abdentem sese, improviso opere
suo aranea texit, & fuit tam tenuis tela propugna-
culum tunc FELICI. Hic Cælitum manu pastus VI.
mensis, & alloquio divino dignus, insula etiam

esser ornatus , nisi id dignitatis ex innatâ animi demissione in alium ipse transtulisset , quòd eum septem diebus ante se sacris initiatum diceret. Obiit tandem FELIX feliciter, tumulumque temp̄lum est nactus ; quod cùm augustius postea D. Paulinus reddere laboraret, solique rusticani duo ædes suas transcribere negarent , ecce tibi ignis nocturnus tecta rusticorū depastus amplissimam aream descriptis. Neque hoc solum , sed & aliis deinceps miraculis FELIX luxit. Ex Surio.

Eò minus in hac peregrinatione deficies , quò verius in fontem divinae misericordiae per virtutem sp̄ei mentis oculos levaveris. Hęc enim virtus claritate suā Deum nobis manifestat , & inter hostium catervas intrepidè ante faciem Domini nos perducit. B.Laur.Just.Lig. vitæ.

S. PAULUS EREMITA. 15.Ianuarii.

P A V L V S Thebæus xv. annorum adolescens plus Decium , quam eremum horruit. Certè hoc unum imprudens Decius boni fecit, quòd ex Christianis eremicolas fecit. Eos inter princeps PAVLVS perhibetur, cui in centesimum usque annum ac decimum spelunca rectum, una eademque arbor palma , & victum , & vestem dedit. Annus agebatur Christianus ccc.xxxiv. cùm ad eum divino jussu visit Antonius , atque tunc prudens dispensator corvus, qui annos jam lx. dimensum suum PAVLO quotidie afferre assolebat panem diuidium , hospitis memor duplicavit annonam. Secundum hęc, cùm ita monente PAVLO, vestem sepulturæ allatū iret Antonius, priusquam rediret, abire inter Cælites in cælos amicum videt , repetitque genibus humi adhuc fixum , passisque brachiis